M. desc.

SIGISMUNDUS TERTIUS

Dei gratia Rex Poloniæ magnus Dux Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ, Livoniæ etc. nec non regni Sueciæ proximus hæres et futurus Rex. Significamus præsentibus literis nris quorum inte-
rest universis et singulis. Exhibitas esse nobis literas pargameneas Ser^mi olim Stephani Regis Poloniæ antecessoris nri manu subscriptas, Sigillisq Regni, et Mag. Duc. Lithuaniæ consignatas, sanas salvas, et
omni suspicionis nota caren. Supplicatumq nobis est nomine Egregii Petri Rasz Tribuni Maioris Collegii Civitatis nræ Rigen, ut easdem literas authoritate nra regia confirmare approbare et ratificare
dignaremur, quarum tenor de verbo ad verbum sequitur et est talis. Stephanus Dei grã Rex Poloniæ, magnus Dux Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ, Livoniæ etc. Princeps Transylva-
niæ. Significamus præsentibus literis nris quorum interest universis et singulis. Quod cum commendatam haberemus integritatem, et in nos fidem Egregii Petri Rasz Tribuni Maioris Collegii civitatis
nræ Rigen, faciendum nobis esse duximus ut illum in usu, et pacifica possessione bonorum Memesdorff, et in portione adiacentis terræ partim cultæ, partim incultæ, nec non duorum Colonorum Ammen
Apen, et Thyrominck in districtu Lenowarden sitorum, vigore certorum iurium et privilegiorum ab ipso habitorum, et possessorum relinqueremus, eamq illi confirmaremus, ita sane, quod ea bona præfata
ab eo nec alia ratione, nisi propter constituendum in districtu Lenowarden ex inferiore Germania colonum, quæ illo nobis de[illegible] [illegible] tamen illi iusta compensatione, amovebimus aut amo-
veri mandabimus. Quibus quidem bonis [illegible] quibusvis uti frui præsentibus permittimus, et potestatem facimus. In cuius rei fidem præntes subscriptas Sigillis Regni, et Magni
Ducatus Lithuaniæ nris consignari [illegible] in Comitiis Regni gnalibus die duodecima mensis Februarii. Anno Domini Millesimo quingentesimo octuagesimo quinto. Regni vero
nri anno Nono. Stephanus Rex etc. Nos [illegible] dus tertius supranominatus Rex, supplicationi præfatæ benigne annuen. literas præinsertas in omnibus earum punctis, clausulis, conditio-
nibus, et articulis autoritate nra regia tanquam quantum de iure est approbamus, confirmamus et ratificamus, eumq supranominatum Petrum Rasz, in possessione prætterea aliorum duorum colonorum,
et agrorum, quos vigore privilegiorum suorum hactenus possedit conservamus, et relinquimus præsentibus literis nostris. Iuribus nris Regalibus ibidem manentibus salvis. In cuius rei fidem præsen-

1590 d. 4 May

Виленская Публичная
БИБЛІОТЕКА.
B_1-207

7